



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 44. Examen abusum, qui in celebratione Missæ Sacrificii irrepserunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI. cia constituti, arrogabant sibi idcirco  
A.C. 1562. immunitatem a jurisdictione Episcoporum in eo ministerio, ac saepe comperiebantur inepti, aut aliquo vitio laborantes quapropter non raro in graves incidabant errores, atque ideo in capite decimo cuncti per Synodum subjecti fuerunt examini Ordinariorum, quibus facultas esset aut in perpetuum, aut ad tempus illos ab eo munere removendi qui ab Episcopi sententia appellare valerent. Denique in capite undecimo ac postremo poenae statuuntur adverbi eos, qui Ecclesiæ bona occupant, ac injuste detinent: hos igitur Synodus mathematici subjicit, donec ejusmodi bona restituerint, atque a summo Pontifice excommunicationis vinculo soluti essent. Cuncta hæc capita postea fuisse recensebuntur.

## §. XLIV.

*Examen abusuum, qui in celebrationi Missæ Sacrificii irrepserunt.*

Pallav. l. 18. D

c. 6. n. 15. Discussis hisce articulis ea proponuntur capita, quæ corruptelas in-

& c. 7. n. 1. Sacrificii Missæ celebrationem irrepen-

Sarp. p. 553. tes concernunt, atque in novem capitula redacta fuerunt. Quamvis Patres in suo decreto hoc nomen *corruptela* sedulo declinarint, eorum tamen non pauci querebantur, quod Synodus ad refor-

matio-



---

**Sæc. XVI.****A.C. 1562.**

---

mationis sanctiones descenderet, quæ tamen magis cuiuslibet Episcopi follicitudinem pro sua Diœcesi, quam cuiusdam Oecumenici Concilii curam pro universo orbe sibi deposcerent: verum ad hæc reposuit Parisiensis Episcopus, quod centum abhinc, & quinquaginta annis singuli emendationem Capitis, & membrorum optarint, eaque elusa fuisse, curandum igitur, ut appareat, res serio, ac sincere, non autem simulate agitari: unde simul a se peti dicebat, ut etiam Galli propter turbulentum illius Regni statum audirentur, cum ibidem non ita pridem in Ordinum comitiis Aureliæ fuerit facta reformatio, eaque magis conducens, quam quæ jam in Concilio proponitur. Pariter Philadelphiensis Episcopus suggesserat, quod Germania a Synodo postulet, ut ibidem non levis, sed maximi momenti res pertractarentur: Conimbricensis quoque Episcopus dixerat, quod quidem minima discuti non reprobet, arbitretur tamen, Synodi dignitatem postulare, ut Patres peculiarem quemdam ordinem sequantur, causaque idonea non deficit, cur hoc potius, quam illud proponatur, & Reformatio a capite inchoanda, inde ad Cardinales transmittenda, ab his vero ad Episcopos, atque ad alios ordines deinceps procedendum

U 3            esset:

**Sæcul. XVI.** effet: nam id nisi fiat, timendum, reformatione, sicuti jam cœpit, prodeente Synodus Catholicorum indignationi, Protestantum vero ludibrio evponatur.

A.C. 1562.

Denique Auriensis, & Quinquelesiensis Episcopi suas quisque proponebant querelas, quas Sarpius recenset, nos vero eas prætermittimus, eo quod ferme circa idem caput versentur: prævaluit tamen Aialæ Segobiensis Episcopi sententia, vi cuius Patres decretum ad hæc tria reducebant capita, ad avaritiam, irreverentiam, ac superstitionem penitus eliminandam: itaque ad reprimendam avaritiam interdicta sunt pretia, conventiones, mercedes quæcumque mere ex pacto ad celebrandam Missam dandæ, præter importunas, ac molestas eleemosynarum extorsiones: & quamvis vere fuisset animadversum, quod usitatum subsidium celebrantibus non pro Sacrificii pretio, sed ad sustentationem, & alimentum Sacerdotis, ex communi Scholasticorum, jurisque sacri Consultorum, ac præsertim Abbatis Panormitani doctrina præbeatur, fuit tamen aliquis, qui suadebat, id saltem prohibendum in illis Sacrificiis, quæ ob aliquem fortuitum eventum constituantur, & certo loco, certisque diebus haud alligantur, sed ea sententia afflata

clas



clas non habuit: ut autem omnis irre- **Sæcul XVI.**  
verentia arceretur, præceptum est, ne **A. C. 1.62.**  
permitteretur aut Sacrificii celebratio  
Clerico vago, & ignoto, aut ei interesse  
liceret homini palam criminoso: insu-  
per ibi agebatur de arcendis ab Eccle-  
siæ accessu publicis meretricibus, fal-  
tem absoluto Evangelio; sed hujus de-  
creti executio gravioribus offenditioni-  
bus subjecta videbatur: cum vero ad  
reverentiam, qua tam sacrum munus o-  
bire decet, plurimum conferret loci Ma-  
iestas, hinc privatis in ædibus Sacrifi-  
cii usus fuit interdictus, solumque per-  
missus in templis, sacrisque locis cul-  
tui divino destinatis, inspectis, designa-  
tisque ab Ordinario, adeo ut antequam  
Sacrum inchoetur, ii, qui adsunt, exte-  
riori corporis modestia ceteris etiam a-  
nimi pietatem instillent, ac præsefer-  
rant. Jubebantur insuper ab Ecclesiis  
exulare omnes cantilenæ, & Musicæ,  
quibus lascivæ harmoniæ immiscentur:  
actum quoque est de removenda omni-  
no a Sacrificiis musica, sed plerique, ac  
præfertim Hispani eam commendabant,  
quippe ex antiquo tempore ab Ecclesia  
usitatam, atque ad infundendos suaviter  
in animos pietatis sensus aptam, dum-  
modo tenor Cantilenæ, & verborum sen-  
tentia Religionem spiren. Præter hæc  
præscriptum quoque fuit, ut a Sacri-

U 4

ficio



Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

ficio longe abessent profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores & quicquid adversatur Ecclesiæ Sanctitati, adeo ut domus Dei vere dici possit  
*Domus Orationis.*

Tandem ut omnis tolleretur superstitionis, inhibebantur Sacerdotes, ne laicis operentur extra horas consuetas, aut aliis ritibus, quam receptis ac in Ecclesia consuetis: præterea vetitum erat, ne populus certo quodam Missarum, aut candelarum numero fese adstringat: injunctum quoque sacerdotibus, ut populus, quis esset, & unde proveniret Sacrificii fructus, edoceretur, ac per eam opportunitatem admoneretur etiam de frequentandis Paræciis suis, saltem diebus Dominicis, Festisque maioribus: Insuper complures petebant, ut illæ interdicerentur Missæ, quæ vulgo *Siccae* nuncupantur, ubi, adhibitis certis precationibus, ritibusque, minime consecratur: sed postea mutatum est hoc consilium, auctore potissimum Dracovizio Quinqueecclesiensi Episcopo, cum animadversum esset, quod in navigationibus, aliisque rerum conditionibus, cum ob Sacerdotis, vel sacræ supplicationis defectum debito ritu sacrificare non licet, hoc Sacrificii genus, vel illius similitudo plurimum conferret ad excitandam in animis pietatem, cum populi

populi, ut etiam supra sensus evehantur, sensibus indigeant.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1562.

§. XLV.

*Synodi Patrum timor de proximo  
Gallorum adventu.*

Invalescente rumore de proximo Franciæ Episcoporum adventu, quos etiam Cardinalis Lotharingius eorum caput Tridentum usque comitari dicebatur, haud parum angebantur Synodi Præfules, veriti, ne Galli unacum Hispanis, aliisque Ultramontanis Præfulis toti in eo essent, ut quædam æquitati prorsus adversa vi extorquere niterentur: quinimo ex ipsa Francia, & Antverpia literæ afferebantur, quibus nuntiatum, a Lotharingio Cardinale non modo calicem, sed etiam sacrarum imaginum abrogationem importune postulatum iri. Nec admodum grata ipsi Pontifici nuntiabantur de iis, quæ animo agitabant illi Præfules, eorumque Dux Lotharingius; Papæ enim perscribebatur, magnum numerum Præfulum ex Francia coire cum quamplurimis Doctoribus, ut sese cum aliis variarum nationum Prælatis conjungerent, Italique Præfules opprimerent, quamquam Ferrarensis Cardinalis falso hæc narrari scriberet, ac summo Pontifici fidem faceret, quod Galli hac sua Præfulum

Pallav. l. 18.  
c. 7. n. 2.

U 5

fre-